Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26092
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tam immolor. & tempus meae resolutionis instat. bonum certamen certavi. cursum consumavi. fidem servavi. decetero superest mihi corona iusticiae. Corona demanipulis; superest inquit mihi corona iusticiae. quam reddet mihi dns in illa die iustus iudex. Quasi dicere; reddet in messem. cui me ipsum impendo semente. Haec verba quantum intellegimus frs. exultantes sunt non plorantes. Nunquid quando ista dicebat. in lacrimis erat. nonne similis erat hilari datori quem diligit ds. Ad infirmos g referamus haec verba. ut nec ipsi desperent qui in lacrimis seminaverunt. quia & si seminaverunt in lacrimis transit & dolor & gemitus. transit tristicia cum fine. & venit leticia sine fine

VI. Ut audiatis & quomodo mihi videtur adomnes pertinere qd dictum est qui seminant in lacrimis in gaudio metent. Euntes ibant & flebant mittentes semina sua. venientes autem venient cum exultatione tollentes manipulos suos. Audite. si adiuvante dno explicare potuero. quomodo ad omnes pertinet euntes ibant & flebant. Ex quo nascimur imus. Quis enim stat. quis non ex quo via intravit cogitur ambulare. Infans natus est. crescendo ambulat. mors finis est. in die tam veniendum est. & cum exultatione. Quis enim non hic plorat in una ista mala. quando ipse infans inde incepit. Vtique infans quando nascitur de angustiis uteri in hui mundi latitudinem funditur. de tenebris & pertitur ad lucem. & tamen de tenebris veniens ad lucem. plorare potest. ri

VII. dere non potest. Et rident homines. & plorant homines. & qd rident homines plorandum est. & plorat alius damnum suum. plorat alius pessuram suam. quia in carcere e constitutus. Plorat alius qd amisit mortuum aliquem carissimum suum. Ille hinc. hinc ille. iustus unde primo de his omnibus. iustus enim vivacem plorat. plorantes sterilem. plorat plorantes. plorat ridentes. quia & qui plorant dextra manus in anterior plorant. & qui rident dextra manus. malo suo rident. ille ubique plorat. plus g ipse plorat. Sed venient cum ex

VIII. ultatione. portantes manipulos suos. Videes g hominem iustum. cum facit opus bonum